

Prefatio

Incipit Prefatio in Consolatoriū
theologicū preclarissimi viri magis-
tri Joannis de Tambaco: sacraz
litterarum Doctoris eximij.

Quoniam scilicet apostolum. quecumque scripta sunt ad
nostram doctrinā scripta sunt: ut per consolati-
onem scripturarū spem habeamus: qua sepe
gaudentes in tribulatione ob quorūcūq;
tristitiā occasionē a spiritali gaudio in dño
cōtinuando minime deficiam⁹. Idcirco considerat⁹ mū-
di huius tribulationibus ac multiplicibus turbationū
causis seu occasionibus: cogitavi de infinitis consolatio-
nibus contentis implicite vel explicite in scripturā quas
dam redigere in hoc qualicūq; opere in scriptis. Ad
honorem dei consolatoris optimi ⁊ eximij: ac gloriose
virginis Marie: quā ipse paracletus sic fecundavit q̄
deum totius consolationis nobis genuit. atq; beatissimi
Joannis evangeliste qui ppter evangelizandi constantiā
exilio relegatus: diuine visionis ⁊ allocutionis meruit
crebra consolatione releuari. Necnon oīm sanctorū q̄s
per multas tribulationes oportuit intrare in regnū ce-
lorum. Ac deniq; ad consolationē omnīū hominū: pre-
cipue autē illorū qui pie viuere volūt in christo. Et ob
hoc teste scriptura: persecutiones ⁊ tentationes patiūtur.
Sane sicut olim insignis ille Boetij⁹ dum regis The-
oderici fauere tyrannidi recusar⁹: missus in exilium ⁊ in
carcerem reclusus: de consolatione philosophiæ librum
edidit. Sic ⁊ ego ab impugnatoribus iusticie pariter ⁊
obedientie sancte Romane ecclesie: a proprie mansiōis
loco electus: quandam exilij speciem sustinēs prefatum

B

Prefatio

opus aggressus: ipsum (si legentibus placeret) de consolatione theologie appellandū iudicarem. Quod si inter dum philosophorum ac rhetorum necnon aliorum auctoritates in eo sunt inserte: hoc ea intentione factū est qua doctorem excellentissimū Augustinū dixisse memini. Si quā vera dixerēt philosophi: sunt ab eis tanquā ab iniustis possessoribus in vsus nostros vendicanda. Verum quia diuerse tristes persone varijs ex causis seu occasionibus cōmūnibus et specialibus turbare: varijs indigent consolationum remedijs. Idcirco vt in hoc libro pro qualibet persona ex quibuscūq; causis turbata. parata consolatione in certo suo loco promptius valeat inueniri: a cōmunioribus ad specialia vsq; procedens. librum istum in quindecim libros partiales distinxī: contra hominis turbatiua consolationū remedia cōtinentes oportuna. Quorum tituli in genere sunt hec cōsequēter annotati.

Tituli Librorum presentis operis.

Primus liber continet consolationū remedia oportuna contra illa turbatiua hominis que opponunt mūdanā felicitati et prosperitati.

Secundus liber continet consolationum remedia oportuna contra illa turbatiua que opponunt generaliter patri et tranquillo statui.

Tertius liber continet remedia oportuna contra turbatiua quae opponunt cōmodo et quieti.

Quartus liber continet cōsolationū remedia oportuna contra illa turbatiua quae opponunt glorie et honori.

Quintus liber continet consolationum remedia oportuna contra illa turbatiua que opponuntur potestati et dignitati.

Sextus liber continet consolationum remedia contra

illa turbatiua
hilitati.

Septimus
oportuna con
tine et rerum.

Octavus
turbatiua q

Nonus
banua q op

Decimus
tra illa turba
seu iocundita

Undecim
tra illa turba

Dodecim
contra illa e
nomi et deu

Tredecim
contra turba
dispositio

Quarta
media co

dispositio

Quinta
dia com
me fecu

fn